Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

trinitatis quo baptismus conferatur. Et talis cum sensus contrarius est vere fidei et per consequens tollit veritatem sacramenti. Si vero intelligatur quod additur in nomine beate virginis non quod nomine virginis aliquid operetur in baptismo sed ut eius intercessio prosit baptizato ad conservandam gratiam baptismalem non tollit perfectionem sacramenti melius est tamen a talibus omnino abstinere hec Thomas. Quid si aliqua oratio distinguatur cum forma baptismi. Respondet Thomas quod non est baptismus quia distinctio non potest determinare alteram partem. Et idem dicit si apponatur conditio aliqua que non extat. Utrum corruptio impediat effectum sacramenti. Respondeo aut est tanta corruptio quod non maneat idem sensus aliquo modo et sic non est sacramentum aut non est tanta quod manet sensus ad commendationem licet non secundum institutionem prime recte formationem sicut patet in principio balbucientium et est extremum secundum prestimum sicut dicerentur illi pro illi et tunc est sacramentum si fiat ex simplicitate non ex divisione fide apposita sive apposita unde de consecratione di. 4. retulerunt. Sed si contingat aliquem infringendo linguam pro ignorantiam dicere in nomine patris etc. non est rebaptizandus quia

sanus est sensus. hec Tho. et Bon. Utrum interruptio impediat. Respondeo quod si sit tanta interruptio verborum quod interrumpatur intentio pronunciantis tollit sensum debitum et per consequens veritatem sacramenti. Non tamen tollit quando est ita parva interruptio quod proferens non tamen sicut intentionem et intellectum hec Tho. Utrum transpositio impediat. Respondeo si mutet sensum locutionis quem habet ex vi ordinis verborum impeditur veritas sacramenti ut si dicatur ego patris et filii baptizo te in nomine spiritus sancti. et ex vi ordinis talis est sensus. Ego qui sancti patris et filii etc. quia ex vi verborum quod ego te baptizem sedum ad vite per regulam patris etc. Si vero aut sunt locutiones non vere non tollitur veritas sacramenti. Secundum quod plures dicit ex natura et verba transpositum idem significant hec Rich. Attendenda enim est intentio. Si enim fiat transpositio ex simplicitate sine errore dogmatizare non nocet. Ut si dicerem in nomine patris et filii etc. Et ideo hoc est quia ordo intelligitur in ipsis verbis eo quod filius procedit a patre et ideo non oportet exprimere ordinem sicut nomen personarum. Si aut fiat ex malicia nocet quia variare formam ecclesie non est bonum. Certa sed minus et ordine fiat.